

S

SIGISMUNDVS



Mar 23 (45)

Dei gratia Rex POLONIE

magnus dux LITVANIE Russie totiusque Prussie: Majorie: et dominus et heres. Ad perpetuam rei memoriam. Cum ita sit a gravissimis doctissimisque uiris memorie ac literis proditum, non alium esse uere uirtutis fructum preter gloriam, quam repudiare leuis cuiusdam animi esse uidetur, lucem splendoremque fugientis. Nos preclare de nobis uoque nostro meriti, atque omni laude cumulati uiri gloria prospicere cupientes, quo non regni diuisionis nostre, sed si fieri queat, immensis totius orbis terrarum finibus terminetur, atque in omnes illius partes longe lateque diffundatur propageturque, neque ad eorum modo qui nunc sunt, uerum etiam ad sempiternam posteritatis memoriam consecratur, ut sciant atque intelligant posteri, ij presertim qui ex eadem familia superstitis olim sunt futuri, quibus artibus homo externus et peregrinus, nudus a propinquis, neque a consanguineis in regno nostro longissime a patria sua dissito, ad minime contemnendas diuitias et honores peruenierit, atque iisdem artibus ad easdem facultates dignitatesque uiam sibi munire condiscant, platum facimus uniuersis et singulis, quicumque in diploma hoc nostrum forte inuenerint. Venerabilem Ioannem Andream de Valentinis, Sandominien et Troensem Prepositum, ac Cracouien canonicum, secretarium et supremum physicum nostrum, ita se gessisse in regno hoc nostro, ut fidem nobis suam, integritatem, doctrinam, prudentiam, ueuementer probauerit. Nam quod uiuimus, quod ualemus, cum a Deo discissimus, non alteri quam illi acceptum ferre possimus, cuius solius ope, cum desset iam prope ab omnibus fuisset, et conuulsi, e grauissimis morbis nostris recreati, pristinaque incolumitati nostre sumus restituti. Neque uero minore industria prudentiaque usus est, in curanda serenissima conuie, et communibus liberis nostris, qui et ipsi iisdem opera ex incommoda sepe et periculosa ualetudine emeruerunt. Idem dant illi testimonium plerique regni nostri proceres, qui salutem et incolumitatem suam, illi se secundum deum debere libenter predicant, et preferunt, memoria hominum non fuisse quenguam in regno hoc nostro affirmantes, qui cum tanta doctrina atque usu, parem coniuuendam habuisset felicitatem. Tanta meritis hinc illius erga nos inuicem, quibus nihil a nobis satis dignum retribui posse uidebatur, fecimus perlibenter, ut cum opulentissimis omnibusque sacerdotibus, multis preterea pensionibus, aueremus et honorificemus. Cum uero, ad id genus dignitates et sacerdotia, quibus est liberalitate nostra ornatus, externus et peregrinus hominibus per Regem nostri constitutiones aditus non pateat. Tanta tamen fuit uirtutum eius admiratio, tantus amor omni, ut non solum consensientibus uerum etiam libentibus cunctis ordinibus et gaudentibus, ad eas dignitates atque opes perueniret, ad quas sacri ordinis alij preter Episcopos pauci, usque eo certatim illum complectebantur omnes, illius honori studebant, lautumque illum ac beatum esse cupiebant, ut non temere in alium quenguam eque atque in illum cadere potuerit dictum illud cuiusdam celebre uirtute inuidia superari: neque enim post hominum memoriam, externus homo quisquam fuit, qui in tanta fortuna, minus multorum inuidie expositus, magisque ab omnibus amatus fuisset. Que res nostram quoque erga illum gratiam ueuementer auxit: nam quem apud omnes Regni ordines, ita gratiosum esse uidebamus, cum apud nos quoque, non postremum gratie locum tenere, equum esse putabamus. Iam itaque non solum operam homini in medendo salutis nostre charam habebamus, uerum etiam perspecta atque explorata sagacitate illius et prudentia sanctoribus etiam consilijs nostris cum adhibendum duximus: quibus in ipsis fidem, studium erga nos et obseruationem, prudentiamque suam nobis non medioriter probauit: adeo ut meritis illius in nos satisfactum a nobis non esse existimarem, si multis dignitatibus et sacerdotijs munificencia nostra auctior discessisset, nisi ea literis hinc nostris omnibus omnium gentium atque ordinum, mortalibus testata faceremus. Quarum testimonio, ut plus ponderis accedat, signo casu nostro corroborari uisimus, manique nostra propria subscripsimus. Dat. Cracouie uigesima Martij. Anno domini millesimo, quingentesimo tricesimo septimo. Regni nostri anno uicesimo primo.

Sigismundus Rex P





Marbis 29 (45)

1537
Marbis 29
P...

Marbis 29 (45)

S



SIGISMUNDVS

Morbio 29 (45)
Dei gratia Rex POLONIE

magnus dux LITVANIE, Russie, totiusque Prussie, Masouie, etc. dominus et heres. Ad perpetuam rei memoriam. Cum ita sit a gravissimis doctissimisque uiris memorie ac literis proditum, non alium esse uera uirtutis fructum preter gloriam, quam repudiare leuis cuiusdam animi esse uidetur, succum splendoremque fugientis. Nos preclare de nobis ignoque nostro merito, atque omni laude cumulati uiri gloria prospicere cupientes, quo non regni ditioris nostre, sed si fieri queat, immensis totius orbis terrarum finibus terminetur, atque in omnes illius partes longe lateque diffundatur propageturque, neque ad eorum modo qui nunc sunt, uerum etiam ad sempiternam posteritatis memoriam consecratur, ut sciant atque intelligant posteri, ij presertim qui ex eadem familia supersites olim sunt futuri, quibus artibus homo externus et peregrinus, nudus a propinquis, ineps a consanguineis in regno nostro longissime a patria sua dissito, ad minime contemnendas diuitias et honores perueniret, atque iisdem artibus ad easdem facultates dignitatesque uiam sibi munire condiscant, plerumque facinus uniuersis et singulis, quicunque in diploma hoc nostrum forte inaderint. Venerabilem Joannem Andream de Valentiniis, Sandomiriensem et Trocensem Prepositum, ac Cracouicem canonicum, secretarium et supremum physicum nostrum, ita se gessisse in regno hoc nostro, ut fidem nobis suam, integritatem, doctrinam, prudentiam, uehementer probauerit. Nam quod iuimus, quod ualeamus, cum a Deo discissimus, non aliter quam illi acceptum ferre possumus, cuius solius ope, cum destitit iam prope ab omnibus fuisset, et conuulsus, et grauissimis morbis nostris recreati, pristinaque incolumitati nostre sumus restituti. Neque uero minore industria prudentiaque usus est, in curanda serenissima coniuge, et communibus liberis nostris, qui et ipsi eiusdem opera ex incommoda sepe et periculosa ualitudine emergerunt. Idem dant illi testimonium plerique regni nostri proceres, qui salutem et incolumitatem suam, illi se secundum deum debere libenter predicant et presferunt: memoria hominum non fuisse quengquam in regno hoc nostro affirmantes, qui cum tanta doctrina atque usu, parem coniuictam habuisset felicitatem. Itaque meritis hinc illius erga nos incitati, quibus nihil a nobis satis dignum retribui posse uidebatur, fecimus perlibenter, ut cum opulentissimis omnibusque sacerdotiis, multis preterea pensionibus, augeremus et honoraremus. Cum uero, ad id genus dignitates et sacerdotia, quibus est liberalitate nostra ornatus, externus et peregrinus hominibus per regni nostri constitutionis aditus non pateat. Tanta tamen fide uirtutum eius administratio, tantus amor omnia, ut non solum consentientibus uerum etiam libentibus cunctis ordinibus et gaudentibus, ad eas dignitates, atque opes perueniret, ad quas sacri ordinis alij preter Episcopos pauci, usque eo certatim illum complectebantur omnes, illius honori studebant, lautumque illum ac beatum esse cupiebant, ut non temere in alium quengquam aequae atque in illum cadere poterit dictum illud cuiusdam ecclesie, uirtute inuidia superari: neque enim post hominum memoriam, externus homo quisquam fuit, qui in tanta fortuna, minus multorum inuidie expositus, magisque ab omnibus amatus fuisset. Quae res nostram quoque erga illum gratiam uolenter auxit: nam quem apud omnes Regni ordines, ita gratiosum esse uidebamus, cum apud nos quoque, non postremum gratie locum tenere, aequum esse putabamus. Iam itaque non solum operam hominum in medendo salutis nostre charam habebamus, uerum etiam perspecta atque explorata sagacitate uilius et prudentia sanctoribus etiam consilijs nostris cum adhibendum, duximus: quibus in ipsis fidem, studium erga nos et obseruationem, prudentiamque suam nobis non mediocriter probauit: adeo ut meritis illius, in nos satisfactum a nobis non esse existimarem, si multis dignitatibus et sacerdotiis munificentia nostra audior discessisset, nisi ea literis hinc nostris omnibus omnium centum atque ordinum mortalibus testata faceremus, quarum testimonio, ut plus ponderis accedat, signo casu nostro corroborari uisimus, manuque nostra propria subscripsimus. Dat. Cra-

